BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 326r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ante thronum dei: ⁊ seruiunt ei die
ac nocte in templo eius. Et qui sedet
sup thronum. habitat sup illos. Non
esurient neq; sitient amplius. neq;
cadet sup illos sol. neq; ullus estus:
quo agnus qui in medio thoni est
reget eos. ⁊ deducet illos ad uite
fontes aquarum. Et absterget deus
omnem lacrimam ab oculis eorum. Et
cum aperuisset sigillum septimum:
factum est silentium in celo quasi media hora.

Et uidi. vii. angelos viii.
stantes in conspectu dei: et
date sunt illis. vii. tube.
Et alius angelus uenit. ⁊ stetit an
te altare. habens thuribulum aureum.
⁊ data sunt illi incensa multa: ut
daret de orationibus sanctorum omnium super
altare aureum. quod est ante thronum dei.
Et ascendit fumus incensorum de ora
tionibus sanctorum de manu angeli coram
deo. ⁊ accepit angelus thuribulum
aureum. ⁊ impleuit illud de igne al
taris. ⁊ misit in terram. Et facta sunt
tonitrua. ⁊ uoces. ⁊ fulgura: ⁊ terre
motus magnus. Et. vii. angeli
qui habebant. vii. tubas. preparauerunt
se ut tuba canerent. ⁊ primus angelus
tuba cecinit: ⁊ facta est grando. ⁊ ignis
mixta sanguine. ⁊ missum est in terram.
Et tertia pars terre conbusta est: ⁊ ter
tia pars arborum concremata est. ⁊ omne
fenum uiride conbustum est. Et secundus
angelus tuba cecinit: ⁊ tanquam mons
magnus. igne ardens missus est in
mare. ⁊ facta est tertia pars maris
sanguis: ⁊ mortua est tertia pars
creature eorum qui habebant animas in
mari. ⁊ tertia pars nauium interiit.
Et tertius angelus tuba cecinit: ⁊ ce
cidit de celo stella magna. ardens

tanquam facula. et cecidit in terciam
partem fluminum. ⁊ in fontes aquarum.
Et nomen stelle dicitur absinthy
um. ⁊ facta est tertia pars aquarum in
absinthyum: ⁊ multi hominum mor
tui sunt de aquis. quia amare facte
sunt. Et quartus angelus tuba ceci
nit: ⁊ percussa est tertia pars solis. ⁊
tertia pars lune. ⁊ tertia pars stellarum:
ita ut obscuraretur tertia pars eorum.
⁊ pars tertia diei non luceret. ⁊ noctis
similiter. Et uidi ⁊ audiui uocem
unius aquile uolantis per medium ce
li. dicentis uoce magna. Ue. ue. ue.
habitantibus in terra. de ceteris uocibus trium
angelorum qui erant tuba canituri.

Et quintus angelus ix.
tuba cecinit: ⁊ uidi stellam
de celo cecidisse in terram. et
data est ei clauis putei abyssi. Et
aperuit puteum abyssi: ⁊ ascendit
fumus putei sicut fumus fornacis
magne. Et obscuratus est sol. ⁊ aer
de fumo putei. ⁊ de fumo putei ex
ierunt locuste in terram: ⁊ data est il
lis potestas sicut habent potestatem
scorpiones terre. Et preceptum est illis
ne lederent fenum terre. neq; omne ui
ride. neq; omnem arborem: nisi tan
tum homines qui non habent signum dei
in frontibus suis. ⁊ datum est illis ne
occiderent eos: sed ut cruciarent men
sibus quinque. Et cruciatus eorum ut
cruciatus scorpii. cum percutit homi
nem. ⁊ in diebus illis querent homines
mortem ⁊ non inuenient illam: et cu
pient mori. ⁊ fugiet mors ab eis. ⁊
similitudines locustarum similes equis
paratis in prelium. Et sup capita earum
tanquam corone similes auro: ⁊ facies
earum sicut facies hominum. ⁊ habebant